

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Dei vis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

Judicium  
et Princi-  
pum flac-  
tibus.

**S**ed & abscissæ manus ipsæ hieroglyphicum suum habuere, quod minime fuit prætereundum. Spectari enim solitas Thebis judicium statuas absque manibus, Plutarchus ait: & eam quæ Principem referret aversis oculis, ut iustitiam & à donis alienam esse debere, & nulla mulceri facundi oportere significant. Nam Stratoclem & Dromoclidem quis iniquo animo non ferat, quorum sermo omnis cum de Republicæ negotio aliquo capessendo, deque tribunalibus colloquerentur, erat, ut se invicem ad auream messem invitarent?

## DEI VIS. CAP. XXVIII.

**S**ane Janum, de quo plura alibi, veteres bicipitem, sed absque manibus & pedibus effangebant, quadrato lapide ab exili basi in latum exurgent. Indicabat id Dei vim, cui, neque pedibus, neq; manibus opus est, ad ea, quæ jussiter efficienda: utpote qui nutu solo totum potest mundum transmefacere, & ut apud Poetam, dicto citius tumida æqua placare. De statua vero Jani, quæ numerum ccclxv. dierum digitorum getu indicaret, suo loco dicetur.

## PROVENTUS. CAP. XXIX.

*Artem. l. t.  
cap. 45.* **Q**uamvis vero ita veteres iustitiam informarint, apud Conjectores tamen reperiā virum agentis causis nobilem, judiciaque & leges fama optima consequantem, qui plures se habere manus somniaverit, prospera expectare, quod id portendat & clientum, & amicorum, atq; etiam pecuniarum proventum exuberantem.

## VINCULA. CAP. XXX.

*Artem ib.  
Hom. Iliad.  
Nempe jun-  
ctura ma-  
num cum  
cubito ex  
Ariſt. l. r.  
de partib.  
animal.  
Virgil in  
Buc. Ecl. l.* **I**mperitis tamen, malefiscis & sceleratis hominibus, id somnii vincula minitatur, multas scilicet manus ad eorum coercitionem expediri. Sed quoniam incidimus in proventum, succurrit id Psalmo c xvii. *Labores manum tharum comedet*, apud Græcos τὴν καρπὸν scriptum esse, quare bene periti quidam, *Fruclum* potius, quam *Manum* reddidere: καρπός enim, tametsi non quidem manum, non palmam, sed juncturam palmarum cum brachio significat, ut apud Homerum legas Venerem à Diomede vulneratam Τὴν καρπῷ, ubi non pars pro toto, sed locus lethalis, & convulsioni obvius de industria designatur, ad criminis atrocitatem augendam: pro Fruclu tamen passim ponitur, & multa inde hujusmodi significatum vocabula. Erit itaque sensus, fructibus suis vescetur is, qui timet Dominum, nec impius haec culta novalia miles habebit.



## SPES IRRITA. CAP. XXXI.

**I**nvenias & operum inefficaciam per præcisas manus significari, quæ vanas nonnunquam irritissimæ cogitationes, spesque hominum inanæ indicant: quod ita scilicet opus ad finem, qui fuerat institutus, perduci minime possit: Et Mathematici nullius utilitatis & haudquaquam frugis hominem in lucem edi sub xvii. Geminorum gradu ostendere cum vellent, hominem eo loco utramque manu mutilum pingunt, atque eum ignaviter consistentem.

## MINISTERIUM. CAP. XXXII.

*Dagonis  
manus ab-  
fuisse.  
l Sam. c. 5.* **S**ed longe alia de causa Mycerinus Ægyptiorum Rex, viginti colossoſ ancillarum circa filia calaver circumstantium, truncis manibus, iisque humi ante pedes jacentibus erexerat: iis enim uxore manus absciderat, quod adulterii tam nefarii ministra fuissent: uti scilicet pater sceleratissimo exemplo complexu filiarum abuteretur. Quod vero in Divinis literis primo Regum habetur, ubi Arcam Domini Palæstini prædam abduxerant, & in Dagonis idoli sui templo posuerant, mane repertus Dagon prolapsus confractus, abscissis manibus: interpres loco hoc, abscissis manibus, intelligunt fore